



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1846**

III. Statut der Halberstädter Synode, daß von Ziegen und Gänsen,  
gleichwie von allen übrigen Thieren, Zehent zu entrichten sei, vom 14.  
April 1305

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54572](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54572)

**III. Statut der Halberstädter Synode, daß von Ziegen und Gänsen, gleichwie von allen übrigen Thieren, Zehent zu entrichten sei, vom 14. April 1305**

Anno domini M<sup>o</sup>CCC V. XVIII kal. Maii Coram nobis alberto halberstadensis Ecclesie Episcopo nostre Synodo generali in ipsa nostra Ecclesia presidentibus sententialiter inuentum existit et ab omnibus approbatum, quod de capris et anseribus seu aucis sicuti de aliis animalibus est decima exsoluenda. Datum anno die et loco predictis.

Nach dem Orig. des K. Provinzial-Archives zu Magdeburg.

**IV. Graf Heinrich von Lüchow verpfändet der St. Johannis-Kirche zu Lüchow die Hebung eines halben Wispels Getreide aus der dortigen Mühle, am 21. Juli 1306.**

Nos Henricus, dei gratia Comes in Luchowe, ad uniuersorum notitiam volumus in presentibus peruenire, quod dimidium chorum, quem habemus in molendino ante valuam, que dicitur Dreuensdor sito in fossato Luchoue Basilice S. Johannis in Luchoue seu hüs, quibus tempore dicte Basilice cura committitur gubernanda, pro quinque Marcis argenti puri obligauimus ac in hüs scriptis obligamus eo addito moderamine, quod si dictum dimidium chorum infra hinc et circumcissionem Domini proximam redimendam duxerimus pro huiusmodi pecunia nobis pateat aditus resumendi. Verum tamen interea ejusdem redditus perceptio remanebit nobis salua. Sin vero infra dictum tempus dictum dimidium chorum non duxerimus redimendum, ex tunc dicti gubernatores seu procuratores nomine Johannis prefati ad basilicam eo tempore deputati pensionem dicti dimidii chori percipient ex tunc huiusmodi pensionem quousque dictum dimidium chorum ad nos decreuerimus redimendum. Vt igitur cuiquam malignandi occasio precludatur presentem paginam super hoc contractu a nobis celebrato confectam sigilli nostri munimine duximus roborandam. Et quia triplex funiculus difficilius rumpitur, subscriptione testium infra scriptorum premissa confirmare censuimus, que sunt Hinricus Zabel, Hinricus Clitting, Albertus Magnus Milites, Otto de Dannenberge, Hermannus et Vlricus dicti Zabel, Borchardus et Hempo dicti Lupi, Borchardus Zwipete, quidam dictus Stotle et Vlricus Clentse famuli, Sifridus dictus Bremer, Ekkehardus de Molendino Confules nunc temporis, Cristianus Weperte et Hogerus dictus Vranck, ciues Luchouenses immo plures alii fidee digni. Actum et datum in Luchoue, per manum Hermannii clerici, Anno domini Millesimo trecentesimo VI<sup>o</sup> in vigilia B. Marie Magdalene.

**V. Graf Heinrich von Lüchow vereignet dem Kloster Ebstorf einen Hof in Bernsted, welchen Ritter Gerhard von Odem von ihm zu Lehn trug, am 3. Mai 1311.**

Dei gratia nos Henricus Comes de Luchowe — protestamur, quod honorabili viro Domino Nicolao Preposito Monasterii S. Mauricii in Ebbekestorpe ac suo conuentui — dedimus pro-